



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XXXII. Quàm honorificè S. Otto mundo ac regibus mundi reddiderit ea,  
quæ illorum sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

quod visio portenderet, intellexit. Et accersito Capellano suo  
\* Seufrido, visionem exposuit, eamque VVulframo Abbati  
celeriter nuntiari, & omnia futurae dedicationi necessaria na-  
uiter preparari mandauit. Quo nuncio lætissimo, quasi re-  
sponso diuinitus accepto, mœror in gaudium, luctus in læti-  
tiam versus est, cunctique debita laudum præconia non solum  
tantum oris, sed & iubilo cordis in cœlum ferentes, tantæ so-  
lennitatis iucunditatem spe flagrantissima præstolabantur.

\* Seufridus, seu  
Sifridus, qui s.  
Othonis vitam  
scripsit.

Igitur anno Domini M. C. XXI. Indictione decimaquar-  
ta. in Cal. Septemb. dedicatum est monasterium S. Michaëlis  
Archangeli in Monte Babebergensi à venerabili Ottone eius-  
dem sedis octauo Episcopo in honorem præscripti Archange-  
li sanctique Benedicti Abbatis, sicut à primordio foundationis  
monasterij definitum est.

Quando dedi-  
catum nouum  
templum S.  
Michaelis.

*Quàm honorificè sanctus Otto mundo ac re-  
gibus mundi reddiderit ea que illo-  
rum sunt.*

## CAPVT XXXII.

**R**egibus quippe seculi super omnes regni Ponti-  
fices honorificè ac fideliter domi forisque serui-  
uit. Principum quoque sibi familiaritates & a-  
micitias intimas conciliauit, ministerialibus &  
feudatis Ecclesiæ suæ propria iura & honorem intemeratum  
conseruauit. Familiam denique & omnia sibi adhæren-  
tia firmissimo pietatis præsidio, & maternæ  
affectionis ala confouendo  
protexit.

Thimon.  
Vide Vitam o-  
dit. à Can. cap.  
15 fol. 256. cuius  
menda hinc  
emendare li-  
cebit.

